Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1234
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Quoniam tribulatio proxima est · quo non est qui adiuuet ·
Circumdederunt me uituli multi · tauri pingues
obsederunt me ·
Aperuerunt super me os suum · sicut leo rapiens
& rugiens ·
Sicut aqua effusus sum · & dispersa sunt omnia ossa mea ·
Factum est cor meum tanquam cera liquescens ·
in medio uentris mei ·
Arut tanquam testa uirtus mea · & lingua mea ad
hesit faucibus meis · & in puluere mortis deduxisti me ·
Quoniam : circumdederunt me canes multi :
concilium malignantium obsedit me ·
Fodderunt manus meas & pedes meos · dinumera
uerunt omnia ossa mea ·
Ipsi uero considerauerunt & inspexerunt me ·
diuiserunt sibi uestimenta mea · & super uestem
meam miserunt sortem ·
Tu autem domine ne elongaueris auxilium tuum ·